

**BASILICORUM
LIBRI LX.**

POST

ANNIBALIS FABROTI CURAS

OPE CODD. MSS.

A

GUSTAVO ERNESTO HEIMBACHIO

ALISQUE COLLATORUM

INTEGRIORES CUM SCHOLIIS EDIDIT, EDITOS DENUO RECENSUIT,

DEPERDITOS RESTITUIT,

TRANSLATIONEM LATINAM ET ADNOTATIONEM CRITICAM

ADIECIT

D. CAROLUS GUILIELMUS ERNESTUS HEIMBACH.

ANTECESSOR JENENSIS.

LIPSIAE 1833.

SUMPTIBUS JOH. AMBROSII BARTH.

BASILICORUM

LIBRI LX.

POST

ANNIBALIS FABROTI CURAS

OPE CODD. MSS.

A

GUSTAVO ERNESTO HEIMBACHIO

ALIIQUE COLLATORUM

INTEGRIORES CUM SCHOLIIS EDIDIT, EDITOS DENUO RECENSUIT,

DEPERDITOS RESTITUIT,

TRANSLATIONEM LATINAM ET ADNOTATIONEM CRITICAM

ADIECIT

D. CAROLUS GUILIELMUS ERNESTUS HEIMBACH

ANTECESSOR JENENSIS.

TOM. I.

LIB. I. — XII. CONTINENS.

LIPSIAE 1833.

SUMTIBUS JOH. AMBROSII BARTH.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO

DUCI SAXONIAE

UNA CUM REGE AUGUSTISSIMO IMPERANTI

DOMINO MEO INDULGENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS!

Quod clementissime mihi concessisti precanti, ut Tuo nomine hanc Basilicorum editionem inscribere mihi liceret, id ut a TE peterem, Tui patriaeque amor unice me movit. Ex quo enim Rex Potentissimus et Augustissimus Tecum imperium partitus est, et sapientiae, qua eminent, TUUM vigorem TUAMQUE virtutem adiunxit, omnium, qui Saxoniam amant et bene de ea agi volunt, oculi in TE potissimum repositi sunt, quem in magna rerum vicissitudine tempestati patriae imminenti forti animo sese obiiicientem et reipublicae gubernacula valida manu tenentem et moderantem conspexerunt. Inter eos vero, qui patriam amant et in Tuo imperio spem salutis eius laetissimam reponunt, non ultimo loco me numerari volo. Licet enim iam pluribus abhinc annis e Saxonia discesserim, Serenissimorum Academiae Ienensis Nutritorum clementia ad iuris docendi provinciam in ea suscipiendam vocatus, patriae tamen, in qua natus et educatus sum, et illius Principis,

cuius munificentia literis per plures annos in Academia Lipsiensi totum me dedere licuit, et antecessoris dignitate ornari mihi contigit, non potui, quin gratissimam animo semper conservarem memoriam: cuius memoriae documentum maximum me editurum esse arbitrabar, si TIBI, nominis et virtutum beati FRIDERICI AUGUSTI heredi, magnum Basilicorum opus sacrum esse vellem, cuius post ducentos fere annos nunc demum nova editio Saxonis assiduitate et sumtu Saxonis parata in Saxonia prodit.

Regiae Celsitudinis TUAE

IENAE

Kalend. Septembr. anni MDCCCXXXII.

cultor devotissimus

Carolus Guilielmus Ernestus Heimbach.